Ecclesia in doctrina administratione sacrorum Sacramentorum, et omni cultu Dei. Et confirmamus in hoc instituto Religionis in quo nati, et baptizati sumus per Dei gratiam, usq. ad sepulchrum nostri fovisse constanter perstitisse cum sanctis Apostolis, cum dilectis nostris Patribus Martyribus, et confessoribus.

Responsio

Responsio Catholicorum ad Resolutionem factam per Imperatorem super propositis separatim per Cath.cos et Aug.nae Confessionis.

Postaquam de Religionis articulo, quomodo ille una cum confirmatione pacis in verbis poni deberet concordatum est, et iam tum super eo Recessus publicatus; Cath.ci Status, et absentium Legati simunt hoc ita manere, et etiam in concordationis Religionis nomine in eorum scriptis ea de causa concepta opinione persistunt. Ultra quod nihil ulterius deliberare vel constituere possunt. Maxime autem quantum ad petitam Libertatem Religionis praetellus attinet, volunt Electores, Principes, Status, et absentium Legati M.tem suam ita intelligere, quod ille articulus à substantialibus articulis nostrae Christianae Religionis nullo modo sit separandus, quemadmodum illi articuli quoq. semper à Cath.cis contradictum est. et praterea ita qualificatus, ut non solum propter Christianam suam conscientiam in illum consentire non possint, sed etiam tanquam super causa ex qua mutatio Statuum, personarum, et bonorum necessario sequi deberet, et in Imperij, et in alijs conventibus in nullam tractationem se intromittere possunt. obedientissime supplicantes, quod M.tas Sua Caes.a et nunc, et in posterum statibus Catholicorum in petitione eiusmodi parcere velit. Quod Maiestatem suam pro declaratione sua ejusdem non posunt.